Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Leo papa: sermo de passione Domini

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

ieiunium quadragesime cum domino auxiliante iam plu
rima ex parte complevimus: testis est unicui
que conscientia sua quia quanto districte
tius seruis his diebus domino mancipasse me
minit. tanto amplius gaudens sanctum do
minice resurrectionis tempus expectat;
At si quem forte adhuc conscientia minus
perfecte castigate causat nulli dubium.
quin peculiaris et eximens. tante sollem
nitatis praestaletur aduentum nec ta
men hic taedis desedute difficlet nec ali
qua suorum numerositate uel enormi
tate scelerum confusus baratrum de
sperationis impius cum uenerit in pro
fundum malorum contemnit; sed solli
citus perpendat quasi tempus annue
festiuitatis quo de auctoris nostri resur
rectione laetemur. tanto uel gaudio
castos. uel impuros merore et confusione
afficit. multo magis in tempore distric
ti examinis. quando generalis omnium
resurrectio celebratur. et iam audita
iudicis sententia. hos conscientia mun
da securos laetificat. illos noxie ac
cusans in perpetuum damnat; quicum
que ergo fratres dilectissimi continentie
armis accincti ab initio iam quadra
gesime. cum temptatore superbo certare cepe
runt uideant ut caute ne coepta deserant.
perinde quia hoste prostrato ministeriis do
nent angelicis; qui uero adtenus arma
turam uirtutum non induit uel

Incidat. iuxta illud salomonis;

hodie incipiat; hodie cum turbis illis fidelibus
fidei opera adiungat. implorans pietatem
eius. qui in nomine patris adueniens.
benedictionem mundo attulit;
Osanna in altissimis proclamans. saluari
se supplex in patria flagitat et sternat
uestimenta sua in uia. id est membra sui
corporis humiliet in presenti. ut excelsa
ea et in futuro mereatur. memor illius dauitici
qui et exultabunt ossa humiliata; Ramos
de arboribus cedat et sibi sternat in uia.
id est sanctorum scripta sedulus ad memoriam
reuocet. quibus stantes ne cadant ro
borent. lapsos ne diutius iaceant. hortan
tur. Resurgentes ut uirtutibus exerce
antur instruunt. exercitatos uirtutibus
premia in celis ut sperent erigunt; Ingres
gressus sue actionis ne in lapidem offen
sionis et petram scandali offendant.
premuniat. ac sic etiam ipse cum ceteris
fidelibus redemptoris sui uestigia sequatur.
passionisque ac resurrectionis eius mys
teria digna mentis puritate ueneretur.
que electis omnibus membris uidelicet
suis in remedium uulnerum simul et
celestium gaudiorum pignus dare dig
natus est ihesus christus dominus noster. qui uiuit et
regnat cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum. amen.

XCVIII. FERIA SECUNDA. SERMO BEA
TI LEONIS PAPAE DE PASSIONE DOMINI

Desiderata nobis dilectissimi & uniuer
so optabilis mundo adest festiuitas domi
nicae passionis. quae nos inter exultationes
spiritalium gaudiorum silere non
patitur. quia & si difficile est de eadem
saepius digne apteque disserere. non est
tamen liberum sacerdoti in tanto diuinae
misericordiae sacramento. fidelis populi
auribus subtrahere sermonis officium.
cum ipsa materia ex eo quod est ineffa
bilis. fandi tribuat facultatem. nec pos
sit deficere quod dicatur. de quo numquam potest
satis esse quod dicitur; succumbat ergo
humana infirmitas gloriae dei. & in expli
candis operibus misericordiae eius. impa
rem se semper inueniat; Laboremus sen
su. haereamus ingenio. deficiamus eloquio
bonum est ut nobis parum sit. quod
& iam recte de domini maiestate sentimus;
dicente enim propheta. quaerite dominum
& confirmamini. quaerite faciem eius
semper. nemini praesumendum est quod
totum quod quaerit inuenerit. ne desi
nat propinquare. qui cessauit accede
re; quid autem inter omnia opera dei. in qui
bus humanae admirationis fatigatur
intentio. ita contemplationem mentis
nostrae & oblectat & superat. sicut passio
saluatoris. de cuius omnipotentia quae
cum patre unius & aequalis essentiae
est. quotiens ut possumus cogitamus.
mirabilior nobis fit in deo humilitas quam
potestas; & difficilius capitur maiesta
tis diuinae exinanitio quam seruilis formae
summa prouectio; sed multum nos ad
intellectum iuuat. quod licet aliud
sit creator aliud creatura. Aliud deitas
inuiolabilis. in unam tamen personam con
currit proprietas utriusque substantiae.
ut siue in infirmitatibus siue in uirtutibus.
eiusdem sit contumelia cuius & gloria; hac
fidei regula dilectissimi quam in ipso exor
dio symboli per auctoritatem apostolicae insti
tutionis accepimus. Ihesum Christum dominum nostrum.
quem filium dei patris omnipotentis uni
cum dicimus. eundem de spiritu sancto natum
& maria uirgine confitemur; Nec ab eius
dem maiestate discendimus. cum ipsum
crucifixum & mortuum & die tertia credi
mus suscitatum; omnia enim quae dei sunt
& quae hominis. simul & humanitas
explent & deitas. ut dum passibili inpas
sibilis inest. nec uirtus infirmitate
affici. nec infirmitas possit uirtute
superari; merito beatus petrus apos
tolus in huius unitatis confessione
laudatus est. qui cum dominus quid de ipso
discipuli intellegerent scrutaretur.
omnium celerrime ora praeueniens.
tu es inquit Christus filius dei uiui; quod utique
non reuelauit ei caro nec sanguis.
quorum obiectu interiores oculi poterant
impediri. sed ipse spiritus patris operante

aliud caro pas
sibilis

In corde credentiſ ut ecclę regimen totiuſ ec
cleſię pręparatur· primuſ diſcer& qđ
docer&· & pro ſoliditate fidei quam erat
prędicaturuſ audir&; tu eſ p&ruſ & ſup
hanc p&ram ędificabo eccleſiā meā &
portę inferi non pręualebunt aduerſuſ
eam; chriſtianę igitur fidei fortitudo
quę portaſ mortiſ ſupra inexpugnabilē
p&ram ędificata non m&uit· unum
dn̄m ih̄m xp̄m & uerum dm̄ & uerū
hominem confit&ur; eundem credenſ
filium uirginiſ· qui auctor eſt
matriſ· eundem natum in fine ſeculorū·
qui creator eſt temporum· eundem
dn̄m omnium uirtutum· & unum de ſtir
pe mortalium· eundem peccati neſciū·
& in ſimilitudine carniſ peccati
pro peccatorib; immolatum; qui ut humanū
genuſ uinculiſ mortiferę pręuaricati
oniſ abſolu er&· ſeuienti diabolo
potentiam ſuę maieſtatiſ occuluit·
& in firmitatem noſtrę humilita
tiſ obiecit· ſi enim crudeliſ & ſupbuſ
inimicuſ conſilium miſericordię dī noſſe
potuiſſ& iudeorum animoſ manſu&u
dine potiuſ temperare· quam iniuſ
tiſ odiiſ ſtuduiſſ& accendere·
Nec omnium captiuorum amitte
r& ſeruitutem· dum nihil ſibi de
bentiſ perſequitur libertatem; feſel
lit· ergo illum malignitaſ ſua intulit

ſupplicium filio dī· quod cunctiſ filiiſ
hominum in remedium u&er&ur; fu
dit ſanguinem iuſtum· qui reconciliando
mundo· & pretium eſſ& & poculum;
ſuſcepit dn̄ſ quod ſecundum propoſitū
ſuę uoluntatiſ elegit· admiſit in ſe im
pioſ furentium manuſ· quę dum propri
o incumbunt ſceleri· famulatę ſunt re
demptori; cuiuſ &iam circa interfec
toreſ ſuoſ· tanta erat pi&atiſ aff&ctio·
ut de cruce ſupplicanſ patri· non ſe
uindicari ſed illiſ poſtular& ignoſci
dicenſ; pater dimitte illiſ· non enim
ſciunt quid faciunt; de cuiuſ utiq; ora
tioniſ potentia fuit ut prędicatio
apoſtoli p&ri & eiſ qui dixerunt·
ſanguiſ huiuſ ſup noſ & ſup filioſ nr̄oſ·
multorum ad penitentiam corda conuer
ter&· & uno die baptizarentur
fere tria milia iudeorum· fierent que
omnium una anima & cor unum
paratorum iam pro eo mori· quem po
poſcerant crucifigi; ad hanc indulgen
tiam traditor iudeſ peruenire non po
tuit· qm̄ perditioniſ filiuſ cui diaboluſ
ſtabat a dextriſ· priuſ in deſperationē
tranſiit· quam ſacramentū generaliſ
redemptioniſ xp̄ſ impler&· Nec mortuo
pro omnibuſ impiiſ dn̄o· potuiſſ& forte
&iam hic conſequi remedium· ſi non fe
ſtinaſſ& ad laqueum; ſed maligno cordi

et nunc furtis fraudium dedito · nunc parricidalibus commerciis occupato · nihil umquam documentorum misericordiae salvatoris insederat. nec prius acceperat a verbis ipsius verba dicentis: non veni vocare iustos sed peccatores; et venit filius hominis quaerere et salvare quod perierat; nec intellexerat clementiam Christi qui non solum corporis infirmitatibus medebatur · sed etiam vulnera debilium curabat animorum · dicens paralytico sanato: confidens esto fili remissa sunt tibi peccata tua; dicens et oblatae sibi adulterae; nec ego te damnabo. vade et amodo noli peccare. ut per omnia opera sua ostenderet · in illo adventu suo · salvatorem se mundi venisse non iudicem; a quo intellectu alienatus impius traditor. insurrexit in semetipsum. non iudicio paenitentis · sed furore perimitur. ut qui vitae auctorem interfectoribus vendidisset · in augmento damnationis suae etiam moriendo peccaret; quod ergo fecit iste · fecerunt et cruenti principes. quod impii sacerdotes in domini Christi ministerio ignavia praesidis et famulatu imperitae cohortis egerunt. et detertendum universis seculis · et amplectendum fuit; crux enim domini sicut in iudaeorum erat mente crudelis. ita est in crucifixi virtute mirabilis; Fuit in unum populus et miseretur omnium

Christus; quod saevitia infertur: potestate suscipitur. ut licentia facinoris aeternae opus impleat voluntatis; unde omnis ordo rerum gestarum quae plenissime narratio evangelica percurrit. ita fidelium est accipiendus auditu. ut talia fide actionum quae tempore dominicae passionis impleta sunt intellegamus. non solum remissionem peccatorum in Christo completam. sed etiam formam iustitiae esse propositam;

ITEM UNDE SUPRA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM

In illo tempore: proximum erat pascha iudaeorum · et ascenderunt multi hierosolimam de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos · et reliqua

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM VENERABILIS BEDAE PRESBITERI; xxv

Moris esse prudentium solet · non solum exempla quae recte adprehenderint. verum etiam ex illis quae aliter gesta seu dicta cognoverint · prudentiae discere virtutem; hoc nimirum ut imitentur sequendo. illa ne incurrant devitando; quod nos fratres dilectissimi · in hodierna sancti evangelii lectione facere ratio cogit. non tantum videlicet devotionem amatorum Christi ad exemplum discere virtutis. sed perfidiae considerare · et consideratam declinare persequentium; sequamur enim necesse est ·